



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Proscibuntur Sacerdotes, ibid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1587. ex alieno in nostra transferretur, repertum cadauer integrum digniori loco conditum est. Cum autem hæc exili; pæna benignitati Reginæ tributa sit qualis ea & quanta fuerit, leges eodem anno octogesimo quinto in Sacerdotes & profugos constitutæ demonstrant. Nam cum hi viginti, (quos dixi) deportati fuissent duodecimo calendas Februarias; in Martio sequenti proscripti sunt sacerdotes vniuersi qui à primo anno Elizabethæ initiati, & qui deinceps ini- &c,

Lege noua profugos constitutæ demonstrant. Nam cum hi viginti, (quos dixi) deportati fuissent duodecimo calendas Februarias; in Martio sequenti proscripti sunt sacerdotes vniuersi qui à primo anno Elizabethæ initiati, & qui deinceps ini- tiarentur, atque intra dies 40. iubentur abire regno. Qui redirent, & qui redu- cces acciperent, fouverentque hospitio, illi Maiestatis, hi Feloniae, hoc est, Capi- tis rei, & bonorum omnium ærario Regio inferendorum iacturæ obnoxij di- cebantur. Educati etiam in Seminarijs si non redirent intra lex menses, eodem cum proditoribus ordine censabantur. Is qui iuuenem mitteret ad Seminaria quadringtonis aureis, qui mitteretur hereditate excidebat, ni redux se legibus, hoc est, Hæresi accommodaret. Qui lubsidia profugis conferret, is omnium fa- cultatum facturus iacturam & carceri perpetuo erat addicendus. Praæclara sanè & omnibus sæculis deprædicanda clementia.

Initia &
progessus
turbarum
in semina,
Anglor.,
de vrbe,

XIV. Hæc dum à Magistratu Hæretico aperte geruntur in Anglia, quod pulsis Pastoribus facilius gregem perdat & dissipet, eundem occulte cuniculis humani generis teterimus hostis oppugnat, fouendo quos paratos inuenierat extra Insulam ad concitandas turbas, & nouas in Insula commouendo. Anno post sesquimillcfimum 79. communibus votis expetita Societas, Rectorem Seminarij de vrbe dederat Alphonsum Agazzarium Senensem, hominē industriū, & sedulū, atque ad pietatem & rem promouendam accommodatissimū, & (quod in omni externa gubernatione prouidendum est) amantem gentis & causæ. Hic auctis Seminarij posseſſionibus, tam magnum ad Religionis incrementum in auditoriū suorum animis desideriū excitarat, ut ijs nouem quibus rexit annis, centū fere operarij in Messem missi numerarentur, nouendecim in Societatem nominis Iesu sint adscripti. Quid ageret fraudulentus serpens? Veteri Politicorum omnium instituto, Senatus Angliæ quadruplatores vbiq; alebat souebatq; qui simulata Religione ac pietate cum in piorum confortium ac in ipsa Seminaria subdolè irrepiffissent, veris ficta miscentes, quidquid agebatur Rhemis, aut Romæ, & quidquid dolosâ mente ipsi sibi cōminicabantur agitati, Senatui per literas, vel per cōsimilis farinę nūtios fuggerebant. Pars etiā ducta emulatione, vel quod Alanus & Personius consilio non probabant, vel quia consilijs non semper ipsi adhibebantur, pacem seminatiorū & quecunq; alij in rem Catholicā conferre studebant, conabātur turbare. In illis fuit Vauxius quidā, quem detectū Inquisitores vinculis coercuerunt. Et Salomon Aldredus Walsinghamij deinde aperte familiaris, & Fisherus, in iudicio demū de fraude coniunctus. In istis, Carolus Pagettus, Thomas Morganus, Thomas & Franciscus Throckmorton, Paræus, Griffithius & Basonijs, qui potentiorum quorundam partibus adhaerentes, Gregorio & Sixto Pontificibus spem faciebant mihi in Anglia agendum cum Catholicis si Alanus & Personius abstinerent à scribendo, & ab reliqua negotiorum ad Angliam pertinentium tractatio- ne: tum etiam maxime, si qui essent ex Societate Iesu euocarentur ex Anglia, neque

Falsi Fra-
tres,

Aemuli,